Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

# Oratio Moralis De Fortitudine Contemnendæ Mortis

Ötken, Johannes Christophorus von

Oldenburgi, MDCCIII

VD18 90661451

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-19337

Visual Library

# VIRO
## GENEROSO ET MAGNIFICO
## DOMINO
# DN. JOHANNI LUDOLPHO
## von Ötken/
### Hæreditario in Loye/
Potentissimi Regis Danorum
Summæ rei judiciariæ Consiliario eminentissimo, Regiæ Cancellariæ, judicii superioris & Consistorii in Comitatibus Oldenburgico & Delmenhorstano Directori meritissimo,
&
Cœnobii Blanckenburgensis Primo Antistiti
Patruo, Mecœnati ac Promotori suo,
Parentis loco submissè ad cineres usque devenerando,
Has levidenses pagellas eâ, qua par est devotione & observantia sacras esse vult,

J. C. von Ötken.

18

Landesbibliothek Oldenburg

Landesbibliothek Oldenburg

a|
|ω

HEroicam illam fortitudinem, Auditores O.O. Dignissimi, Patroni ac Fautores colendissimi, qua homo instructus omne mortis genus infracto & sublimi animo aggreditur, nullisque doloribus aut terrorum minis succumbit, oratiuncula quadam, (quantum per ingenii mei tenuitatem licet) expositurus, tantam ejus virtutis amplitudinem esse sentio, ut si vel centum mihi linguæ, centumque ora sint, nihil tamen à me tam magnificè proferri possit, quin ea multis hoc parasangis superet. Hæc enim contra quævis pericula nos securos reddit; Hæc mollem & effœminatum timorem penitus expellens, animum adversus duros & ancipites casus adamantino quasi robore adeò fulcit, ut:

Si fractus illabatur orbis
Impavidum feriant ruinæ.

Quamvis autem præstantia & dignitas virtutis hujus sit maxima, ut à facundissimo quovis Oratorum satis dignè verbis ornari nequeat, tamen de ea, in hoc Amplissimorum ac nobilissimorum virorum consessu pauca dicturus, non hoc mihi, ab eloquentia parum instructo, vitio versum iri arbitror; ideò quoque, à vobis, Viri O. O. Splendidissimi summoperè peto, ut huic meæ orationi benevolentiæ vestræ auram accommodetis, gratiæque serenitatem favorisque vela indulgeatis.



Landesbibliothek Oldenburg